

## SERMO.

X3333.

## Dñica secunda

Um aut descendisset iesus de monte et Mat. viij. Tria principaliter hic ponunt. Leprosi curatio. paralytici sanatio. et reproborum communicatio ibi. Audiens aut. et. Circa primum nota sunt hiero. quod duplex est doctrina. que dam non excedens facultatem nostri intellectus. Alia excedens. Prima ratione naturali confirmari potest. Secunda miraculis in quibus solus deus qui non potest esse testis falsitatis operatur principaliter. Ideo postquam Christus in monte docuit discipulos ut patet Mat. v. vi. et. vii. per sermonem quem populo fecerat ut alius euangelista dicit. Descendit de monte secute sunt eum turbe multe. Quidam ad edificationem et deuotionem alij propter nonam doctrinam alij propter miraculorum visionem. alij propter eius observationem. Circa hoc miraculum ponuntur precedentia comitatio et sequentia. Precedentia astates populi secuti sunt eum turbe multe. quod dicitur in Mar. dicitur. vir plenus lepra. Modus sanitatis obtinendi qui fuit quod ad corpus triplex pertinet sicut Mar. genuflexit Mar. i. procidit in facie. Lu. v. hic dicitur adorauit eum ore videlicet dicens. Domine si vis poteris. Aduerte hic quatuor quod dicitur sicut quas orationes semper exaudit in primo petito vel in equiuo. lenti quando petit pro re que potest esse bona et mala. nam primo pro se petendum est ibi. potes me mundare. Secundo ad salutem. Si vis. id est voluntati tue committo. Tertio pie seu humiliter quod genu et corpus totum flectebat. Quarto plene rancer quod non recessit quodum sanatus est ibi. Si vis quasi risum expectaret. Allegauit autem tria ut iesus inclinaret ad eius exauditionem. primo

equitatem Domine ad quem pertinet ex equitate subuenire seruis suis. Sap. xij. Ob hoc quod omnium dominus es. omnibus te precere facis. Bonitatem si vis. Eius enim voluntas est bonitas. i. tibi. ij. Qui vult omnes homines saluos fieri. Potestatem potes me. Sap. xij. Subest tibi cum volueris posse. Et comitatio tanguntur contra auaros extendens manum contra superbos tergit eum. contra impios volo mundare. Nota hic sicut ambr. iesus tria hic facit. Tangit manu contra manicheum qui dixit Christum habuisse corpus fantasticum. vult contra fortinum qui ait Christum in efficacem habere voluntatem. sequens illud philo. quod propter nostram velle vel dicere nihil mutatur in re. Impat contra arrium qui ait Christum esse puram creaturam et nihil posse impando sed orando. Ergo in tergit ostendit veritatem humanitatis. In vult affertum efficacem pietatis. in mundare virtutem patris. Et gessit mundare. Vbi supra virtutem omnis nature deus operatus est. Querit cur tergit leprosum nam leui. xij. phibet. Item potuit mundare solo verbo sicut Centurionis seruum. Item heliseus noluit videre naama leprosum. Reg. v. Item quod lex phibuit solum tangere qui immunum fieri poterant. non mundantes. Item ut nullum horreamus tangere infirmum. Item ut ostendat se non esse sub lege. Querit cur primo inter miracula per sermonem in monte facta mundat leprosum. Item sicut aug. ut ex hoc appareret. nouum testamentum in monte datum supra legem esse que leprosum excluderebat et non sanabat. Item ut virtutes christus suam ostendat. nam lepra minus est curabilis paralytici facilius. sed facillime interdum febris. Item ut israel primo introeat deinde gentiles. quia leprosus iudeus erat sicut seruus.